



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

i. De constitutionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

I  
LEGVM PONTIFICIA-  
RVM GREGORII NONI,

SEV DECRETALIVM PENTA-

tenchus in epitomen arte ac ordine  
reuocatus, seruata quad antenus  
antique legislationis maie-  
state, & phras.

τὰ περὶ τῶν ΔΙΚΑΙΩΝ  
DE IUDICIBVS,

SEV LIBER PRIMVS.

*De Constitutionibus. Tit. I.*



ANONVM statuta ab omnibus Cap. i.  
custodiūtor, omnēisq; in actio- Canonum  
nibus, & iudiciis ecclesiasticis  
eorum authoritate, nō suo sen-  
su ducuntur.

Nec quæ sibi dicunda faciun- c. 5. Ne in-  
da videntur, quisque, sed scita patrum sequitor. nitarus.  
Omnes à sancta sede apo. emanatis constitu- c. 13. Quo  
tionibus parente obediunto. In his nihil ambi- niam.  
guum obscurūmve esto. Ad præterita facta, ni  
expressim id cauerint, ne trahuntor.

Præterita enim, colpa cum careant, per statuta c. 2. Co-  
posteriora dispendium ne patiuntor, néve igno- gnoscētes.  
rantes & non vetiti iis tenentor.

Hęc cum vnum malum damnassint prohibes. c. 4 Nam  
sint, & omnia quæ ex eo sequuntur prohibuisse: concipi-  
Item coniunctarum in eadem persona rerum, scētiam.  
et si de altera tantūm dixerit, ad alteram tamen c. 3 Trās-  
lato.

A

## De Constitutionibus.

etiam pertinere voluisse, intelleguntor.

c. 7. Que  
in ecclesiis  
rum.  
Laici sine legitimo ecclesiasticarum persona-  
rum adsensu de rebus aut iure ecclesie ne quid  
sciscunto constituunto.

c. 10. Ec-  
clesia.  
Quod ipsi quantumuis religiosi motu proprio  
super ecclesiis ecclesiasticisve personis statue-  
rint, etiam si earum fauorem aut commodum  
spectabit, ni ecclesia ratum gratum habeat, si-  
ne authoritate esto.

c. 11. Ex-  
terioris.  
Vniuersitati academicæ de rebus suis statuere,  
& contumacibus primùm secundùm & tertium  
commonitis pœnam inrogare permisum esto.  
Ea tamen iuxta iuris & Pontificii & R.o. eccl-  
esiæ formam non perpetuò impoſita intellegi-  
tor, nec satisfaciens & parere curans restitutio-  
ne excluditor.

c. 12. Ex-  
parte.  
Capitulo quoque licet idem liceat, præben-  
dorum tamen numerum singulis ipsius personis  
ad signatorum, non deminutis ecclesiæ facultati-  
bus, tollere ne valeto, nec si confirmatio R.o.  
Archiflaminis adcesserit, quominus, si quæ po-  
stea vacauerint, personis idoneis conferantur, id  
impedimento esto.

c. 8. Cum  
accessisset.  
Sublato verò personatu, de rebus eidem prius  
adtributis si quid canonici communiter statue-  
rint, & illa inter se hercuerint: id authoritate  
sed. apo. confirmari procuranto. quod si perso-  
natus eorum voluntate postea fuerit restitutus:  
fructus quoque aliàs ipsi adtributos reddere  
coguntor.

c. 9. Cñ M  
Eodemque modo licet præbendorum nume-  
rum, adcedente sedis apo. munimine contraxint

vt quod tunc vel postea excurret, cōmuni mensē deputetur: si tamen plureis, aut ad vnum præbendum, aut in canonicos postea voluntariē recipiunt: his sic receptis fruct' qui superexcreuerint usque ad æqualem aliorum præbendorum valorem adsignanto, nec, si sine præiudicio constitutionis suæ recepisse se aiant, id ollis prodesto. In constitutionibus huiusmodi earumque confirmationibus superexrementi casus exceptus esto vel intellegitor.

In adoptandorum damnum, contra consuetudinem ecclesiæ, singularibus personis quæ iam in ipso sunt reseruato consuetudinis priuilegio, conlegium nil statuito. Si secus faxit: postea veniam deteriorem causam ne facito. vel enim consuetudinem seruāto, vel in æquale omnibus statuunto.

*De Rescriptis. Tit. 2.*

**R**Escripta quoq; apostolica vim legis habento. In his hæc posita sunt.

Ea is cui diriguntur, negoci, quo de scribitur, *5. Si quan-* qualitate pensata, adimplete, vel, si quid durius *dō.* continent, cur adimplerier haud possient, rationabilem summo Pont. causam prætendito.

Quæ præcisa fuerint, suspecta habeto. Ea sub *2. Ex par-* hac cōditione, **S I P R E C E S V E R I T A T E t e.** **N I T A N T Y R,** data esse accipiuntor. Impetran tem verò, si iusta causa esse videbitur, & veritatem tacuisse cōuincitur, cum ipsis literis, vt fali si suspectum ad Pont. remittito, amandato.

*20. Super-* Generaliter autē literarum tacita veritate, vel *literis;*

A ii